

VI.
neque in bu-
moribus ma-
lignis.

Habes alios,
qui
humores malignos corporis humani,
temporis successu ita auctos,
ut mechanismus corporis iis turbetur, impediatur,
vtque natura corporis, ad pugnam prouocata,
et intenta conseruationi suae,
aut illos expellat, aut prae morbi grauitate succumbat,
ipsis sideribus quibusdam annimis
Pleiadibus, Hyadibus, Picibus, Luna,
et si quae alia naturae frigidae, humidæ putantur esse,
in humores malignos influentibus,
eosque per certas temporis periodos in motum vehementiorem carentibus,
climactericorum annorum fundamentum
putant.

Quae quidem sententia
laborat abundantia et defectu;
defectu,
dum annorum climactericorum adscendentium rationem frustra
in malignorum humorum motu quaeres periodico;
abundantia,
dum ad influxum recessus siderum,
sine quo malignorum humorum copia et motus in corpore humano
animo concipi potest;
ne dicam, tantum abesse,
vt motus noxiorum humorum in corpore periodici sint,
vt natura eos expellere conetur,
quotiescumque corporis mechanismo impedimento sunt.

VII.
Sententia
auctoris de
annis
climactericis.

Tuam igitur, inquis, exprome sententiam.
Accipe, quod dicturus sum,
idemque trutina rationis pondera.
Voco
annum climactericum,
qui secundum certam temporis periodum
mutationem notabilem homini, ut comes, adfert;
quae mutatio
si ad perfectionem hominis naturalem augendam faciat,

est